

a Tho. opus. 1. c. 23. b Idem 3. cont. Geni. c. 2. c. 2. d Idem 1. p. 9. 19 ar. 3. d Idem 9. 6. de pot. ar. 1. e Idem 2. cont. Geni. c. 26. f 1. p. 9. 36. ar. 3. ad 4. g Bern. de gratia & lib. arb. lib. 1. p. 105. ar. 1. ad 3. i Dama. orat. 1. k Idem orat. 3. l S. Th. quodl. 12. ar. 4. m Idem 1. p. 9. 116. ar. 1. n Ex Dionys. ca. 5. de div. nomin. Thom. 9. 3. de veritat. ar. 1. o 36. q. 2. orat. 3. p gimbis. o Tho. 1. p. 9. 25. ar. 5. ad 1. p Bern. trati. de gratia. q Bafil. in Psal. 32. r Aug. Epist. 28. s Athan. in apolog. de sua fuga.

mediante creatura; non tamen quantum ad illos A effectus qui sunt immediate à Deo, ut creatio & sanctificatio, secundo autem modo creatura Creatori non cooperatur, sed solum tres personæ sibi invicem cooperantur, quia earum est operatio una a Porro cum à contingente ad utrumque non sequatur aliquis effectus, nisi per aliquid determinetur ad unum. b Et causa quæ ex se est contingens, oportet quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum, c Oportet aliquid esse quod naturam ad unum determinet: d Per hoc autem excluditur quorundam philosophorum positio dicentium quod ex hoc, quod Deus seipsum intelligit, fluit ab ipso de necessitate talis rerum dispositio, quasi non suo arbitrio limitet singula & universa disponat, sicut fides catholica proficitur. e Virtus ergo causæ primæ conjungit causam secundam suæ effectui. f Et voluntatem applicat operi g Atque ita hoc ipsum quod causæ secundæ ordinantur ad determinatos effectus, est illis à Deo. Unde Deus quia alias causas ordinat ad determinatos effectus, potest etiam determinatos effectus producere per seipsum sine quocunque alio. h Omnia enim ab illo præfinita, & sine ulla commutatione futura, in ejus consilio non aliter antequam fierent, erant expressa, quam si quis velit domum ædificare, prius imaginem ac formam ipsius in animo effingit, cogitationeque complectitur. i Unde in ejus consilio expressæ continebantur formæ atque imagines rerum, atque quam fierent, quæ quidem ab ipso præfinitæ, & sine dubitatione erant futura. k Nam omnia sunt à Dei providentiâ prædeterminata & ordinata; l Et omnia quæ hic aguntur, divinæ providentiæ subduntur tanquam per eam præordinata & quasi prælocuta. m Hanc enim rationem ponendi ideas, scilicet prædefinitionem operum agendorum, innuit Dionys. in c. 5. de divin. nomin. dicens, exemplaria dicimus in Deo existentium rationes substantialificatas, & singulariter præexistentes quas Theologia prædefinitionem vocat & divinas ac bonas voluntates existentium prædeterminativas & effectivas secundum quas super substantialis essentia omnia prædefinivit & produxit: n Neque enim potest esse quod Deus aliqua faciat quæ non præciverit & præordinaverit se futurum; o Unde nihil eventum quod non prout vult, potentia præordinet providentia. p Nihil inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit frustra, nihil temere fertur. q Nulla in naturis nascentibus & occidentibus temporum spatia, vel brevitas vel productus quam modulatio præcognita & præfinita deposcit, præterite permittit; r Ostendit quæ unicuique mortalium tempus dimensum esse, nec tempus istud fortuito casu, sed prout ipse conditor pater voluit unicuique definitum esse. s

Qui proinde certis & immutabilibus causis omnia futura prædestinavit. a Et causas non solum principales sed etiam subsequentes novitate ordinat. b Porro cum voluntas sit activum principium non determinatur ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus ejus contingens & non necessarius, nisi in his ad quæ naturaliter movetur. c Habetque dominum sui actus, non per exclusionem causæ primæ; sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet, sicut determinat naturam: & ideo determinatio actus relinquatur in potestate rationis & voluntatis. d Et electiones ipsæ sunt in nobis, supposito tamen divino auxilio. e Quod ergo Gregorius Nyssenus dicit in libro quem de homine fecit: Providentia est eorum quæ non sunt in nobis: & Damascenus cum sequens dicit in 2. l, quod ea quæ sunt in nobis Deus prænotat, sed non prædeterminat: exponenda sunt, ut intelligantur ea quæ sunt in nobis divina determinationi non esse subjecta quasi ab ea necessitate accipientia. f Cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam: non tantum secundum id quod fit, sed etiam secundum modum fiendi vel essendi. Cum igitur voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur quod fiat ea quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiat quod Deus ea fieri vult; g Et ideo movet quidem voluntatem immutabiliter, propter efficaciam virtutis moventis quæ deficere non potest: sed propter naturam voluntatis motæ, quæ indifferenter se habet ad diversa, non inducitur necessitas, sed manet libertas: h Et per hoc quod movetur ab alio, non excluditur quod moveatur ex se, id est, à principio intrinseco. i Non se itaque fallant qui dicunt: ut quid nobis prædicatur atque præcipitur ut declinemus à malo & faciamus bonum, si hoc nos non agimus, sed id velle & operari Deus operatur in nobis: sed potius intelligant, si filij Dei sunt, spiritu Dei se agi, ut quod agendum est agant: & cum egerint, illi, à quo aguntur, gratias agant. Aguntur enim ut agant, non ut ipsi nihil agant, & c. Quando autem non agunt, sive omnino non faciendo, sive non ex charitate faciendo; orent, ut quod nondum habent, accipiant: quid enim habebant quod non accepturi sunt; aut quid habent quod non acceperunt? k Ergo (inquiunt) præcipiant tantummodo nobis quid facere debeamus, qui nobis prænotant; & ut faciamus, orent pro nobis; non autem nos corripiant & arguant, si non fecerimus. Imò omnia fiant, quoniam Doctores Ecclesiarum Apostoli omnia faciebant; & præcipiebant quæ fierent, & corripiebant si non fierent, & orabant ut fierent. Præcipit Apostolus dicens; omnia vestra in charitate fiant: corripit dicens, jam quidem omnino delictum est in vobis quia iudicia habetis vobiscum. Quare enim non magis iniquitatem patimini? & c. Audiamus & oremus; vos autem, inquit, Dominus multiplicet & abundare

a Aug. trati. 105. in Joan. b Aug. 7. de civ. vii. Dei ca. 29. c Tho. 1. 2. 9. 10. ar. 4. d Idem 9. 3. de pot. ar. 7. ad 13. e Idem 1. p. 9. 83. ar. 1. ad 4. f Idem 1. 3. cont. Geni. c. 90. g 5. de veritate ar. 5. ad 1. h 1. p. 9. 23. ar. 1. ad 1. i 1. p. 9. 19. ar. 8. vide Aug. c. 97. enchyr. h Idem 9. 6. de malo ar. 1. ad 3. i Idem 1. p. 9. 105. ar. 4. ad 2. k Aug. de cor. rept. gratia c. 2. l Cor. 16. m Cor. 6. n The. 3. dare